

*Auf der Rückseite der Urkunde bestätigt und erneuert B. Caspar am 28. Juli 1453
diese Indulgenz:*

Caspar dei gratia episcopus Misnensis. Indulgentias praedecessoris nostri retro scripti approbamus et confirmamus per praesentes, ac omnibus vere poenitentibus et confessis, qui se ad praemissa exhibuerint, manus pro fabrica ecclesiae aut custodiae porrexerint adiutrices vel aliquid praemissorum fecerint, similiter quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis eis poenitentiis misericorditer in Domino [relaxamus]. Actum et datum Stolpin anno domini MCCCCLIII^o. die XXVIII. Julii nostro sub appenso sigillo.

Angehängt ist das schön erhaltene Siegel des B. Caspar.

No. 267. 1285. 6. Nov.

Markgraf Heinrich gestattet seinem Protonotar M. Gebhard, Dechant zu Mainz, die zur Johanniskapelle auf der Burg zu Meissen gehörigen Güter zu Basslitz (Par. Lenz) zu vererben.

Nos Henricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio tenore praesentium recognoscimus publice profitentes, quod magistro Gebhardo, decano Moguntino, dilecto nostro prothonotario, praesentibus indulsumus et indulgemus, quod sibi liceat bona in Paselitz ad capellam beati Johannis baptistae in castro nostro Misne pertinentia, quae quondam habuit Hanatsch ibidem, et eadem bona feudali titulo possidebat utpote iure seniorum, quod eldestengwet vulgariter appellatur, distrahere et alienare iure hereditario, quod in vulgari vorerben dicitur, cui velit, gratam et ratam habentes alienationem praenotatam. In cuius rei evidens testimonium hanc litteram dari iussimus nostri sigilli munimine roboratam. Acta sunt haec anno domini millesimo ducentesimo octogesimo quinto, feria tertia ante diem beati Martini proxima in curia nostra Dresden, praesentibus fidei nostro Alberto dapifero de Burnis, Henrico de Sidin, Hermanno de Tannenvelt, Friderico magistro coquinae, militibus, Nicolao de Cozzenrode et Adolfo nostris notariis et quam pluribus aliis fide dignis.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen; das grosse Reitersiegel des Markgrafen an rothen und gelben seidenen Fäden.

No. 268. 1285.

Probst Rayner de Orio beauftragt die mit Einziehung des päbstl. Zehntens in der Stadt und Diöces Meissen beauftragten Mitglieder des Domcapitels, diesen eifrigst einzutreiben und nöthigenfalls gegen Säumige mit der Excommunication zu verfahren.

Raynerus de Orio praepositus Clauarii et canonicus Leodiensis venerabilibus viris et discretis dominis Bern. dei gratia praeposito, S. decano, Th. scolastico et C. custodi ecclesiae Misinensis collectoribus decimae in civitate et diocesi Misinensi salutem in domino. Vestras litteras recepimus et audivimus diligenter, ad quarum significata vobis duximus breviter respondendum. Quodsi terra et patria vestra est modo in malo statu, displicet nobis, set inde aliud facere non possumus; et si debentes